



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De episcopis ad synodus vocatis, vt venire non contentant. xlvi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

pos admonēte. Secūda verò synodus fiat Idibus Octobris, id est, XV. die mensis Octobris, quem per Beretheon Gr̄ci nominant. In ipsis autem conciliis adsint presbyteri, diaconi, & omnes qui se l̄æsos existimant, & synodi experientur examen. Nullis verò liceat apud se celebrare cōcilia, pr̄ter eos, quibus metropolitana iura videtur esse commissa.

*De synodo congreganda. Cap. XLV.*

**P**raetis omnibus quæ ad correctionem nostri ordinis. *Ex cōcil.*  
In hoc concilio promulgata sunt, placuit definire, ut *Auernē*,  
omni anno ad peragendā celebritatem cōciliij in metro- *cap. 15.*  
politana sede, tempore, quo principis vel metropolitani  
electio definierit, deuotis semper animorum studiis con-  
feramus, nec quibuslibet requisitis occasionibus dissentia-  
mus, sed in preparato die quo indictum fuerit, adunatis  
in metropolitana sede omnibus prouinciae pontificibus,  
cōciliū, Deo pr̄fule, celebretur. Quisquis autem Epi-  
scopum, excepta ieuitali causa, vel necessitate, de per-  
agendo se cōcilio absentauerit, per vnius anni spaciū erit  
communione plectendus. Quod si deinceps absque cele-  
bratione concilii, anni vnius metas transferit, omnium in  
communione pontificum eiusdem prouinciae sententiam  
obnoxius retinebit, id est, si nulla sibi impidente princi-  
pis potestate, vel infirmitate aut ineuitabili causa, sed fo-  
lius propriæ voluntatis libitu fese ad celebrandum con-  
cilium non collegerit.

*De archiepiscopo, qui tempore pacis ultra biennium synodum  
annunciare neglexerit. Cap. XLVI.*

**Q**UOD si intra biennium diuinitus temporū tran-  
quillitate concessa admonitis comprouincialibus *Meldēsi.*  
à metropolitano synodus indicta non fuerit, & *cap. 3.*  
metropolitanus ipse prouocationes tardauerit, anno in-  
tegro Missas facere nō presumat. Quod si euocati & non  
corporali infirmitate dementi, adesse sua abusione despe-  
xerant, simili sententie subiacebunt.

*De Episcopis ad synodum vocatis, ut venire  
non contemnant. Cap. XLVII.*

**Q**UOD non oporteat episcopos ad synodum voca- *Ex cōcil.*  
tos omnino contemnere, sed protinus ire & doce- *Laodicēsi*  
re, & discere ea, quæ ad correctionē Ecclesiarū, *cap. 40.*

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC.

vel reliquarum pertinent rerum. Seipsum verò qui contè  
pserit, accusabit, nisi fortè per aegritudinem ire nō possit.

*Quales epistolæ à metropolitano sint fratribus  
dirigendæ.* Cap. LXVIII.

*Ex cōcil. Terraco nensi, ca. 13.* **E**pistolæ tales per fratres à metropolitano sunt dirigē  
dæ, ut nō solū de cathedralibus Ecclesiae presbyteris,  
verū etiā de dicēsanis ad conciliū trahant, & aliquos  
de filiis Ecclesiae secularibus secum adducere studeant.

*De eadem re.*

Cap. XLIX.

*Ex cōcil. Agath. cap. 36.* **S**i metropolitanus Episcopus ad cōpruinciales epi-  
scopos epistolas direxerit, in quibus eos aut ordina-  
tionem alicuius fratris, aut ad synodum inuitet, postpositis  
omnibus, excepta graui infirmitate corporis, aut prae-  
ceptione regia, ad constitutam diem adesse non differat.  
Qui si defuerint, sicut prisca canonum præcepit authori-  
tas, usque ad proximam synodum charitate fratrū, & Ec-  
clesiae communione priuentur.

*De episcopo qui synodo adesse neglexerit.* Cap. L.

*Ex cōcil. Spalenſi, cap. 10.* **S**i quis autem Episcorum synodo adesse neglexerit,  
aut cōcūm fratrum, antequam concilium dissoluatur,  
crediderit deserēdum: alienum se à fratrum communio-  
ne cognoscat, nec eum recipi liceat, nisi in sequenti syno-  
do fuerit absolutus.

*De Episcopo, qui per aegritudinem ad synodum  
venire non potuerit.* Cap. LI.

*Ex decr. Felicis pa- pæ, ca. 11.* **Q**UOD si aegrotans fuerit Episcopus, aut aliqua eū  
grauis necessitas detinuerit pro se legatum ad sy-  
nodum mittat: suscepturnus salua fidei veritate,  
quicquid synodus statuerit.

*De episcopis ad synodum vocatis, & venire, & missos  
suos mittere dignantibus.* Cap. LII.

*De syno- do apud Althi habita, cap. 10.* **P**lacuit sanctæ synodo episcopos, qui vocati de Saxo-  
nia ad sanctum concilium non venerunt, nec secun-  
dum canones sacros missos suos vel vicarios direxerunt,  
grauis increpatione obiurgare, & pro culpa inobedientiæ  
increpare Vnde iterum eos fraterna charitate ad cōdictū  
cōciliū inuitamus & vocamus. Quod & si hoc, quod nō